

DIUINA ADFULGENTE GRATIA!
DISSERTATIO GRADUALIS;
De

VRBE VLOA,

Cujus
PARTEM POSTERIOREM,
EX INDULTU

*Amplissimi Senatus Philosophici in Regio & illustri, ad
AURAM, Athenae,*

PRÆSIDE

HENRICO HASSEL;

Eloquent: PROFESSORE Reg. & Ord.

*In publico Eruditorum consessu, bonis placide examinandana
modestè exhibet*

JOHANNES JOH. SNELLMANN,

Superior Collega Schole Triv. Vloënsis,

IN AUDITORIO MAXIMO, ad diem XXII, Octo-
bris, ANNO reparatæ salutis MDCCXXXVII.

Horis, ante meridiem, consuetis.

ABOÆ, per JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

Kongl. Maj:ts
TRO-MAN

OCH
ÖFVERSTE LIEUTENANT
Bid Öster-Botns Infanterie Regemente /
Wälbörne

Serr JOACHIM
GEORG
von GANSCHAV,

Hög-Gunstige HERRE.

Hatvärderlige MAN, hela Landets prydnad och heder,
Som på åhrans Tbrn blir satt, med Namn uti Zeder:
Låt EM gisliga glants min skrift öfver ULA bestråla,
Låt mina ringaste blad af ETT Namn lysa och pråla:

Ei

Ei åro the för **XII**, jag tilstår, mårdige wifas ;
Hvissa för ingen ting, utan upsfatet endaste prisas ;
Låt dock åmnets wiat mig vågen lyckliga bana ,
Låt nu **XII** UGEA Namn til ynnest räckliaa mana.
Om **XII** Dater i fält wet **XVII** lofliga dömma ;
Och **XII** dräpliga wett lärer ester werlden eft glömma.
Dock hos mig at skilda **X** hem af väl krafter är inga ,
Och thet at biuda til, woro gibra the maklisa ringa.
Hvad mera tå kan jag ? än sückar åt högdene sända
För **XII** välgångs flor , och at **X** himlen täckes afvända
All morgång och puß från then **A**dla Familien hela ,
Och mer godt, än jag nu nämner närmare dela.
Sent then dag upriinne, tå wi **XII** sidst skola mista ;
Och then stund **XII** Manliga drifts stal i Landena brista :
XII lede **H**imla Monarchen i hand, tils lifvet är ute ,
Sidst bland Helgona tal **XII** i ewiga frögderna slute!

Wålborne Herr Öfverste Lieutenantens

Ödmjukaste tienare

JOHAN JOH. SNELLMANN,

Kyrkioherden vid Tiå Församling/
Wäl-Arenyrdig och Höglärde
Herr Mag. GUSTAF FABRICIUS,

Rådmannen i Uleå/
Åreborne och Högwälvachtade
Herr MATTHIAS DAN. BLOHM,

Handelsmannen i Åbo Stapelstad/
Åreborne och Högwälvachtade
Herr HENRIC RUNGEEN,

Samtelige mine

Gunst och ynnest glömma bort/i nesligt mörcker
fånska/
Och aldel s lå ur hogen sin/ hvad godt man
nutit har:
At ens på sin Wälgynnare med tacklamt sinn' ej fånska:
Et prof af osförstånd thet är/ har warit alla da'r:
Ty jorden bär ej drýgar' last bland them som bli urförd
da'
Gi then / som otackhammer är/ sin skuld ej wil af-
börda.

Mig

Grono Befalnings-Mannen/
Hödgachtade och Wälbetrodde
Herr SIMON RUUTH,

Rådmannen i Uleå /
Åreborne och Högwälvachtade
Herr BARTHOLD FRESE ,

Handelsmannen i Uleå/
Åreborne och Högwälvachtade
Herr CARL FAGERHOLM ,

Gunstige Wälgynnare.

Mig will thet aldeles ej stå an helt stilla tigand' blifwa/
I tyshet gå then gunst förbi / I mig beständigt
Min Gynnare/ då jag ett prof wil åter nu framgif-
va/
Tast jag wäl wet thet magert år / och har på fast
ell brist:
Ja / fost ån telcken ej sin ord neg wärdigt kan utföra/
Så låten dock thes minning god ER gunst = benägit
vöra.

Da'n

Ta'n gunsligt an med ynnest thet / hwad jag ER kan
förråra /
Fast gäfrwan fulla qvintia ej mot ER. förtienst går
opp /
Mig har Gru Pallas större del ej welat til beskåra /
Fast mer ER git och ågna til / har warit ståds mitt
hopp :
Dock wet sag alle samtlig' Jår' UEA goda Wänner/
Förskluten ej / hwad til thes lof / jag förtlig' skrifwer /
nämner.

ER Himlen hågne / skydde så / at lyckan blir ER föl-
je /
At nöje / wålgång framgent ta hos ER sit hemwist/
bo :
All olycks moln the swinne bort / beständigt sig fördöle/
ER lefnad blifwe idel lust / förmöjlighet och ro :
Når lefnads qvällen nalkas an / når glaset månd utriña/
Jag önskar bland Guds Helgons tal man ER må rak-
na finna !

Mine Gunstige Wålghynnare

Hörsamste tienare,
JOHAN JOH. SNELLMANN.

Clarissimo Philosophiae

CANDIDATO

Dn: JOHANNI SNELLMANN,
Collegæ Superiori Scholæ Trivialis Vloënsis Dexter-
rimo, Amico suo integerrimo, Eruditam suam de
VLOA, Civitate in Ostro-Botnia percelebri, DISSE-
TATIONEM GRADUALEM edituro,
Hoc quidquid est carminis

Pulchra dum Pindi pulcro conamine scandis,
SNELLMANN, Pimplæ cultorum comesque cohortis:
Turba Nouena TIBI flores & laures ferta
Imponenda TUO capiti legit, atque corollas
Nobilit, queis olim Phœbus TUA tempora cinget:
Patria TE laudat, cuncti latantur amici,
Atque lares VLOAE sicut monumentaque dura,
Complaudensque bilari vultu mea Musa calexit.
Gratulor ingenii dotes, moresque decentes,
Gratulor egregios ausus seriemque taborum.
Det TIBI det NUMEN semper cœlestè vigorem
Corporis & mentis, valeas ut pabula sacra
Doctrina sane nostræ prabere juventæ,
Ac teneros saturare animos, infundere mores
Christigemis dignos. Sic TE Clementia seruet
Numinis incolumente per tempora longa! valeto!

Festino calamo adjicere & voluit
& debuit

ZACHARIAS M. DUCHÉ.
Superior Collega Sch. Tr. Wasensis.

SYNOPSIS partis posterioris.

- §. I. Oeconomiam Vloënsium , nec non prærogatiwas, quibus vrbs nostra gaudet , perstringit.
- §. II. Commercia antiqua & hodierna recenset.
- §. III. Portus commoditatem considerat.
- §. IV. Aedes privatorum exponit.
- §. V. Disciplinam , virtutes, moresque insularum breviter enarrat.
- §. VI. Aëris temperiem commenstrat.
- §. VII. Fata duriora indagat, & dissertationi colophonem addit.



IN NOMINE JESU!

SECTIO POSTERIOR

De

VRBE VLOA.

S. I.

Postquam ante aliquod tempus chorographiam VLOÆ nostræ, ea, qva fieri potuit, diligentia, publicæ exposuimus luci, ad posteriorem dissertationis sectionem, utinam omine fausto! prope-ramus, consideraturi Oeconomiam nostratium, qvæ variis sustentatur adminiculis, utpote agricultura, piscatura, pascuis, rerumqve fabrica varia. Et licet solum pluribus in locis sit sabulosum, qvod communiter parum fertile haberi solet, incolæ tamen optimam sepe faciunt messem; qvippe qvum assiduum laborem agris ster-corandis, colendis, atqve contra qvascunqve injurias municandis impendant; unde hordei ac filiginis adeo se-paces sunt, ut, nisi gravior qvædam incidat calamitas, quantum in istis frumenti nascatur, quantum habitatori-

bus sustentandis satis est. Qyamvis vero semen heic se-
rius terræ mandetur, videlicet interdum in medio, ra-
zo initio Maji, in fine tamen mensis Julii vel initio Au-
gusti adest messis. Hanc vero celeratam adeo maturi-
tatem ex intensiore æstivi solis calore præsertim prove-
nire indubium est. Negari tamen non potest, magnum
segeti nonnunquam periculum a frigore imminere, dum
circa maturitatem ipsius, aut eo tempore quo speran-
da est, cadit pruina. Vloënses greges pascunt in salti-
bus, herbis floribusque latissimis ac densarum arborum
frondibus umbrosis, vbi pecora floribus optimis satiata
reqviem inveniunt commodissimam altarum sub arborum
umbra, quo sit, ut lac in abundantia suppetat. Con-
ficitur hic *butterum*, quod maximas quoque nostris delici-
as præbet, neque tantum adservatur in usum indige-
narum, sed etiam cum Stockholmensibus, qui avidè
illud expetunt, communicatur. Premitur quoque opti-
mæ notæ ac jucundissimi saporis *caseus*, & si Olao Ma-
gno (*a*) fides habenda, cum celebratissimis Parmen-
sibus certaturus. Qvod ad piscium capturam adtinet,
in fluvio nostro, *Vlaë fors* dicto, plures non capiuntur
salmones (*b*), quam qvi inter capiendum ab incolis con-
su-

(*a*) Cap. VIII.

(*b*) Qyoniam nobis sermo est de salmonibus, memorabile
quoddam bac occasione referam LECTORI curioso. A:o MDCL.
cum Consul civitatis Vloensis, Andr. Jöranssonius Lyträus,
Holmia domum iter suum faceret maritimum, & jam pon-
tum Gevalensem dictum vento transiret secundo, contigit ut
nautis prandio refectis, servulus escaria vase cluens, una cum
terura, domini sui cochlear argenteum incogitanter in mare

sumuntur. Per carum tam majorum, quam minorum, Lu-
cio-

effunderet, quod vir domo discedens ab uxore sua agre impe-
traverat, ut secum deferret. Confitebatur peccatum flens puer,
cujus erant testes, qui resplendens in aquis argensum cum sub-
sideret, spectaverant. Commotus primum gubernator, tandem
fit bac jactura nostra sola inquit, certe lucrifaciam bac
vice honorarium pretium, quod alias merito deberem indicat
ac delatori fugitiui mei cochlearis; nam Acheron oceanum
acepera semel, tuci non restituet. Ventis interim faventibus
perniciter, diebus tantum tribus ex eo, urbem Vloam nostram
delati fuere. Sed ecce quae interea ibidem contigere! Habet
hic Magistratus sua retia salmonaria, quae offerre quotannis
licitatoribus solent, unde, ut e reliquis, quotidie salmone capiuntur.
Hinc salmonem majorem recens extrahitum uxori Com-
fusilis deferebant, quem et illa statim dissectum, concogvi cuo-
ravit. Sed qua consternatione animi in interaneis illa cochlear
deprehendebat asperatumque agnoscet, quod tradiderat abeun-
ti marito, dici non potest. Illa certe in omen accipiebat nau-
fragio perempti mariti undisque separati; nec aliter divinabanc
familiarium reliqui: quibus et illud videbatur insolens, modi-
cum, quod est salmoni, gule orificium capere cochlear inflexi-
ble magnumque satis patuisse. Concitus jam per nycthemerum
servabatur pisces, cum adventare consulem jamque receptam
portu navim nunciatur. Cui primum id portentosum visum fuit,
usuppare oculis manuque tractare cochlear, quod ultra ceno-
tum et decem ab Vloa millaria Svedea in vasto mari perdis-
serat. Tum intueri pisces qui duarum dierum brevi spatio tan-
tum iter fuerat emensus, ut predam dominae restitueret ero-
ptam marito. An et referam quae de eodem hoc cochleari prae-
ter bac, accepimus? amissum id denso fito immisimus.

ciorum (c), erytroptalmorum (Gibat), & mustelarum flu-
viatilium (Lakar) (a), rutilorum (Mert), spirinchorum
(Norß) (e), copiam, & sagena & reti capiunt. Pilces

ut postea confitit, & unacum eo in vicinum agrum advenit,
ubi per annum integrum taruit, sed & reperit denuo reai-
us ad dominum suum. Servatur boacie apud scellatum Lumi-
gakiensem plur. reverendum ac doctiss. Dn. Isaacum Litbovi-
um in Ostro-Botnia. Aladam bilce qua & plur. rever. Viro Dn.
Henrico Prothao, Ecclesia Fennonica in urbe metropolitana pastore
dignissima habeo, contigisse nimirum, in loco distante 8 millia-
ria ab oris fluvii Vloënsis, ut Cajanensi praesidi Tamrianoro,
decideret a digito aureus annulus, cum flans in scaphe manus
abstueret: postea quam autem ad milliare unum ad catarratas
ascendisset, captus ibi salmo fuit, in quo repertus annulus au-
vens: quem possessori praesidi pescatores, cum inscriptas annulo
dominis litteras indicasset, restituerunt. Conf. Disp. Dn. Dan. Bon-
ge de salm. nat. & piscatione.

(c) Circa littora in mari, calo obscuro nocturno & auro-
manali tempore, instrumento quodam Liuster nominato, eodem
quoque enecant.

(d) Historiolam hic, vel potius fabulam, atroxam de Urinare ore quo-
dam famoso & Mago Kicttil Runiske dicto, qui seculo XIII. tem-
pore regis MAGNI LADILAO Sinneruit. Hic inter alia, regi describi-
bens iter suum sub aquis Vetteri lacus queruer hororum, plurimorum
sese retardatum dicit, lubricarum mustelarum multitudi-
ne, qua illius in profundo gressus incertos faciebat. De mano
ga Enolar, som lago på sidbotn woro besvärliga at ga
appå. Cf. Disp. Dn. Geringii de Pescibus.

(e) Gare dolcis & mollis, elixa cum aceto & raphano ma-

quoque haminis extrahunt in primis percas majores. Hamiotaæ salmulos digitales, vel salmunculos (*f*) panno, in sagenæ medum tracto, colligunt, ut hamis vestiant, ad percas prædictas piscandum. Est & ab urbe $\frac{1}{3}$ milliari distans pagus, Kello dictus, paroecia Jjoënsi subiectus, harengarum minorum (strëmming) hiemali captura quondam celebris, (quæ jam admodum exigua est), unde horum piscium quantum opus fuerit, desunt sit universa ci-vitas (*g*). Capiuntur etiam in flumine torrenti Vloæ

rem-

rino sive ruficano, vel cum buryro frixa assimilatur. Sed aere fuscatos & modico furni calore tostos preferunt, sic enim dis-parur nidor virosus, non palato solum, sed naribus inprimis ingratus.

(*f*) Apud nos in fluviorum ripis multitudine innumerabili ad-parent, sole præcipue splendente; aura vero paulo frigidore in-gruente, in funam lœse recipiunt, ubi intestina salmonum dis-soluta in aquam nostræ abjiciunt, biæ ac bareitate quasi pugnant, escam avide rapientes. Vere inueni ad-parent, cum salmones subeunt flumina; absentes ad mare comitantur; neque vel aro-ge vel post bac tempora in fluviis videntur. Nil per totam a-ffarem in amne proficiunt; illos igitur in aqua marina excre-scere oportet. His est revera satys salmonis, digito minor, sonans iisdem partibus ac ipse salmo, linea per latera urin-que a branchiis caudam versus recta; maculas rotundas & pro-eam parvo corpore magnas, nigritantes aut liventes habet; cau-ro est albida, uspote tenera, imo sub prima origine plane nu-cosa. Vid. Disp. cit. de saim. nat.

(*g*) In bac glaciali plicatione, quam tota bieme parochianæ Kelloënsis, nec non Caribensis in mari peragunt, salmones quo-que quamquam raro, captos vidimus.

tempore autumnali *Lampetra fluviatiles* minores (*Neijsons
ögon*), præsertim noctibus tenebrosis ; hi quippe pisces
obscurum amant cœlum , & quo magis spissæ sunt tene-
bræ , rō facilius & majori copia captantur . Solis vero
splendorem nitidumqve cœlum ac serenum maximè a-
versantur , tumqve in latebris suis sese occultant (b).
Hortos terra non habet , ideoqve nec pyra , nec cerasa ,
sed horum defectum baccarum & leguminum multæ
species compensant , utpote : *Mora vasicana* , seu *chama-
morus Sverorum* , vel *rubus humilis palustris* ex rubro flavescen-
te (*Hortron*) . Solent autem hæ baccaæ nonnunquam tan-
ta copia ruri crescere , ut vix locus pedis vacuus ab il-
lis inventatur , totamqve paludem purpureo earum co-
lore ubiqve obiectam summa cum animi oculorumqve
jucunditate inspicere liceat : *Rubus idaeus spinosus fructu ru-
bro* (*Hallen*) : *Vites* , *ribes floræstres* , *fructu* & *majore* , &
nigro *olente* , *Sveth. röda och swarta winbär* (i) : *Rubi hu-
miles fragariae folio* , *fructu rubro* (*Lingon*) : *Vitis idæa angu-
losa* (*Blåbär*) : *Nigrae bacca* (*Håggebär*) : *Cerasus avium*
Röne

(b) Capiuntur expohtis coribibus rimineis , inter sepes aquas
utringue prætensas . nam ad ripas fluviorum hic pisces accedere ar-
mat . Viva autem lampetra in figulinis vase non vitreatis , af-
fusa aqua , & orbe perforato testa , diu aurant . Condituram
pegaaturi , affusa pisces aqua ferrida mucum & cuticulam
linteo deterunt . post igne lento torrent . in vasculo ligneo pu-
ro , sparsa pipere , per sua strata pisces ordine ponuntur , interje-
cto item pipere & aromaticis caryopbyllis . tum super affunditur
acetum . testigre sic per annum ferme durant . Stockholmiam non
nisi conditæ , interdum quoque fumigata adseruntur ,

(i) conf . Rudeb . Adl . T . III . p . 506 . 507 .

60

(Nónbæ) Et in præmis juniperus vulgaris fœticosa (Enbdr),
qua tanto est virtutis (k), ut Persæ nostrates posse mori
mirantur, propter abundantiam hujus fructus. In pa-
roeciis vibi nostræ adjacentibus, capiuntur quoque Anseres
feri cinerei Gesn. (grā willgids), Vrogalli majores Gesn.
(Fiddrar), Vrogalli minores (orrar), Gallina corylorum Gesn.
(hierpar), Lagopavi aves Aldrov. (Snidripo), Perdices Gesn.
(Naphöns), Capelle seu Vanelli (Wipor), Passeres & reli-
qua tam delicatis, quam medicis laudatissima avium ge-
nera, quæ vel bombarda, vel alio modo, utpote per
laqueos ac transennas capere solent. Ex avibus canta-
tricibus præterea earumque svavissimo cantu, verno æsti-
voque tempore incredibile hic capitul delectamentum;
quales sunt carduelæ, alaudæ, Domherræ, Grönisslor,
Bofindlar, Zwintar, Nónaclor, Zaletrastar & innumeræ
aliae. Circa paludes & littora maris, sunt variaæ anatum
species: ut Fulica (Swärtor), Mergi, Columbi artici (Lo-
mar &c. qvin & hue ex calidioribus terris Cygni trans-
volant, item Grues, anseres silvestres, quorum innume-
rabilis multitudo verno tempore illic adspicitur, æstate
verò transacta, loca priora repetunt. Inter animantia e-
minent quoq; heic Vrsi, perniciosum pecoribus animal (l),

Lu-

(k) Sparm. Sund. sp. 2. B. C. 6.

(l) Ursus quomodo capient ruricola, paucis exponam. Ursi
est natura, ut mense Octobri in cavernis terra & vallium
quarere ac occupare latebras soleat, quibus per hiemem cubare
queat. Nostræ hujus rei probè gnari, tum temporis, si nix fuerit,
adcuratè vestigia illius observant, ut ex iis, ubi speluncam
habeat, rite cognoscant. Postea hiemem, quam nix profunda &
cursus in ligneis soleis, (hanc artem optime callent nostri, &

Lupi, Lynces seu Lupi Cervarii Gesu. (Warglo.) Vulpes cruce nigra insignes (Korsteßwar), Galones seu Hyenae terribres (Gärfwar seu Gilfrasar), Castores & Martes in Lapmarchia præcipue necantur: Lutre quoque, sed hæ oras maritimas & fluvios rivulosq; amant. Leporum copia in silvis heic etiam degit. Viverras seu Mustelas quoque alit terra nostra, quæ domicilia sibi, partim in silvis sub arborum radieibus, partim in villis & desertis ab incolis domibus quærere solent. Vulpecula atq; Sciuri hisce in locis etiam versantur &c. Ex hisce animalibus vel ad victimum vel ad amictum, & ex nonnullis ad utrumque, magnum habent incolæ commodū. Mulieres sibi consciunt vestimenta ex lana & lino aliunde adquisito; lini qvippe ferax non est terra nostra. Lincea texunt ad eo tenuia, ut certe cum qvibusdam ex Belgio adlati æqviparari possint: sed hæc præstantiores fœminæ potissimum operantur, reliquæ ex plebejo ordine, a laboribus etiamsi durioribus, nunquam abhorrent. Verbo: nihil, qvod sui officii esse putant, omittere videntur.

§ II.

VRbes populosas ac opulentas *Commereis*, eorumque diligens studium reddunt. Hæc enim sunt, quæ urbi-um civiumque opes ac fortunas florere faciunt, erogandasque contributiones adlevant. Ante urbem conditam penin-

ita qvædam, ut in profunis nivis silvestres rangiferos, & lupos velocitate eximios antevertant atque trucidant) aptus fuerit, ex rubore, quem efficit anhelitus in nivo supra speluncam, illum investigant, investigatum denique venabulo seu baso glossumque incircimunt. Cf. Diss. Acad. de urbe Tornæ.

peninsula vrbi ex adverso ad occidenteem, *Betckholm*(^a) nuncupata, incolis locus nondinarum erat; ubi eum in finem tabernæ aliquot, propter adventantes exterios mercatores, exstructæ fuere, qvi, vel mercibus suis cum regionalis incolis permutandis, vel numerata pecunia vendendis emendisqve, æstivo tempore, non tantum è locis compluribus Svethiæ, verum etiam, ut urbis privilegia innuere videntur, ex urbibus mari Baltico adjacentibus, immo ipsa ex *Anglia* ac *Schotia* hue confluxere. Cives V-
loenses olim ad oras *Livonia* appulerunt, mercesqve su-
as, nimirum picem fluidam aliaque ejusmodi mercime-
nia *Riga* & *Revalie*, immo & in Svethia *Arbogia* *Gevallia* mercatui exposuere, atque sibi frumentum, cannabim,
linum & tabacum per commutationem compararunt, ut sea-
num etiamnum viventium memoria testatur. Civitas hæc
multum inde floruit & brevi pulcherrimè adcrevit. Qvod
autem commercia civium nostrorum hodierna concer-
nit, sunt illa quidem multum labefactata, postquam vrbs
nostra pristina sua privilegia, utpote jus commercia cum
Moscovitis exercendi & ad singulas vrbes maris Baltici
navigandi, amisit. Patiuntur quoque aliarum civitatum,
in paroeciis vrbi nostræ singulari privilegio adiectis, como-
munia cum ipsis ferè commercia. Potissimum vim com-
mercia nostrorum è mari, in primis captura saltem

(a) Hac, namen & resina picea, qra beic coquitur, sor-
tita est, ubi telonium maritimum (*Gibtullen*) exstructum est;
civesque varia promtuaria & molam pneumaticam adficarunt;
& ante paucos annos tota ferè ejusmodi est referita, in qua
maris scitè quoque sumuntur.

rum (b) in Kiemi & Jjā nanciscuntur. Has paroecias (c), Vloenses æstivo tempore semel unogvoque anno, mensibus Junio, Julio & Augusto, minoribus suis navi-
giis visunt, ibique a rusticis salmones coemunt, ubi &
tabernas magno numero, ad mercatura usus, exstructas
habent (d) Res, quæ ibi in commercium venire solent,
sunt: salmones saliti & fumo fccati (e), ludi marini sole to-
sti & in fasciculos collecti, albulae diverse (f), truttae
(Gaimen) &c. Capitur & heic aliud genus piscium, quod
Hare

Ab Salmo nostri fluvii Vloensis, longe lataque sui jamam
spargit, adeo ut haec de illo proferantur verba, veluti in com-
muni proverbio Svecano:

Hidmate Giædda, Silians Laka, ULLA Lax,
Oro bland bæsta fiskar uti sôgar tags.

Videsis Diff. Acad. de Lacu Siljan.

(c) Tempore regis GUSTAVI I. libera in paroecia Jjā exer-
cebatur mercatura, nunc vero nulli præter Vloenses data est
haec venia.

(a) Haec ad Kiemi nundinas, in litteris a Rege nostro cle-
mensissimo FRIEDERICU I. Aco 1734. d: 12. Decembr. datis, V-
loensibus permisura est, aestate profisci, nullo certo tempore de-
finito. Brabestadensibus vero prohibitum, ne in mercatura no-
stris sint impedimento.

(e) Fumigandos salmones, salt vel maria per nycthemerum
onacerant ruricole, tum in tuguriis altioribus, Cota dicantur,
æra suspendunt per mensum integrum, ut fumo ex secamentis pi-
aceis sufficiat nutritioque penetrantur. Fumigati salmones inter
delicias quoque habentur, nec insalubres judicantur, quandoqvi
dem in fumo Chymici sal docent intesse volatile convenientis hu-
mano corpori.

Hare nomine venit; delicatus hic admodum est pisces, sed non in magna copia colligitur: ab utraqve dorsi parte atris guttis recta linea distinctus est. Præterea cum incolis paroeciarum Vina, Carib, Mukos, Sotcamo, Paldamo, urbe Cajaneburgo atque Liminga negotiationes exercent: qvibus sal, cannabim, linum, tabacum, & res alias usibus eorum inservientes, frumentum quoqve, annona caritate pressis, suppeditant; à qvibus vicissim buryrum, coria, pecora, sebum, picem, varii generis pelles, vrsorum videlicet, vulpium, sciurorum, muste, Jarum, castorum, martum, rangiferorumqve è Casamet, per fluvios Kiemi & Ijá transvectas, recipiunt. Nostram quoqve urbem hiemali tempore, Savolaxenses, frumentum, præcipue annis fertilioribus vendituri, adeunt. Porro cum Moschovitis Vloënses etiam qvondam mercaturam non spernendam habuere; qui qvotannis suas apud eos exponebant merces, atqve æquo pretio divendebant, scilicet: linamenta, cannabim, linum, coria cruda, linea varia, idqe genus alia, aromata olim, saccharum, ficos, uvas, zingiber, piper, aliasqve diversi generis species huc quoqve adulere, jam verò a Sia Ria Maje state illis interdictum est, ejusmodi mercimoniorum genera Vloam transportare. Cuncta hæc, exceptis iis, qvæ proprios in usus impendunt, terra mariqve multo labore coacervata, & navibus imposita, Stockholmiam tempore verno & autumnali, non sine magno vita pericu lo, transvehentes dividunt. Inde autem reduces, vi num varii generis, tabacum, sal, aliasqve necessaria, ad subveniendum incolarum indigentia, reportant.

§ III.

HAUD inconsultum forte videbitur, si de commerciis cō-

vitatis nostræ agens, etiam novi portus commoditatem paucis describam. Ab ipsa statim urbis nostræ fundatione, portus sat commodus erat, naves quippe propè urbem, arcem ac insulam *Betholmen* dictam, adpellere vivere; postea autem fluvius ob arborum magnæ molis, ramorum, lapidum cedentium particularumve telluris à littore separatarum delapsus, impatiens navigiorum redditus est; ex quo siebat, ut dein apertum mare portus illis esset, ubi in navium, mercibus onerandrum, tutelam anchoris opus habuere firmissimis, quæ tamen non semper tempestatibus suscepserunt, unde plura navae in conspectu civium perdebantur: naves autem mercibus evacuatas, ad ædificia juxta littus exstructa alligabant. & ita res eorum nautica se habuit ad annum MDCCXXIV. Tum per admirandam DEI providentiam factum, ut, ostio fluminis per insolitum frigus obstructo, aquæ subitourgescerent, totamq; ferè urbem, excepta parte orientali, ceu diluvium obrueret. Quam plurimæ incolarum domus, tabernæ frumentarie (a) atque

(a) Est etiam a parte urbis boreali peninsula quam Plaas Tansavii, ob multitudinem in ista tabernarum frumentariarum, sic nuncupata, usumque magnum civibus præfans, quippe quum ab incendiis tutæ esse possint. Hac aquis quidem semper circum-singitur, aestate autem fervente elapsisque aquis, pedes, prosto-liendo ex uno lapide in aliud, flumen fermè transire potest. Temporibus vero vernis & autumnalibus, fluvio iungente, aqua sat magno strepitu hec prolabuntur. Conspiciuntur quoque hic insule aliquot, ad littora maris constrata, que huic ora prospicuum conciliant pulcherrimum, ubi tempore astivo rives etiam pecora atque armenta sua latissimis cruentis pascuis. Vi-

que salinariæ in Hachtiperâ ad ripas existentes, aqvis impletantur, atque incolæ per hiemis partem, vel ruri, vel etiam apud ceteros cives, quorum res salvæ erant, com-morabantur. Vbi tamen de hinc relationem humanissimus habet LECTOR ex protocollo eccl. siæ Vloënsis, ab admodum reverendo atque amplissimo Präposito & Pa-store hodierno, Dn: Mag: ZACHARIA LITHOVIO con-signato, cuius exemplum hic in notis subnecto (b). O-

stio

firur quoque hic fons, ab urbe in continentî non longe distans, è terra emanans, personamque aquam ac limpidae præbent, qui undique exigua domo lignea cinctus est, & ob aquas medicinates ab incolis aecantatus, Stockholmiae quoque adprobatus; hic estate semper supra modum frigidus, temo-pore tamen biemati tepidus, gelu non constringitur.

(b) Etan den Högsje 1724 hade med långvarigt rean straffat hela Finland, men i synnerhet Norrbohn, och hys i begynnelsen af November hade lagt sig, så väl i däcket nedet i färden, som i fjörs kvarf ömnen den 18 November och fölande dagar af överbildig höjsöra så igentäpt, at jämväl hela färden den 22 ejusdem bief igenfrusen, hvarpå de följande dagarna vatnet sleg så högt, at det den 25 dito, som var Catharinâ dag, fölte des utlopp genom Eässen Mis-sa i värt öfver åkrarne til Staden, och sedan gerum själen til häcken. Hela Södergårdens ligg under vattn, och de deryd siktende Eros, no bjudar alt in til galjswet. En trediedel af staden måste söka deras undslighe til Cajana tullport, men häist de, som i Hachtiperâ bodde, jemte dem, som hade sine hus nordväst och nordost ifrån kyr-kan; detta Spanmålebodar blefwo tota iter på Platian, aari ruinera-de, at man ej wet, hvarit de tagit vägen; alla sibbodar blefwo jäm-wäl så färdärswade, at staden stattas til nägra insende riksdagers wärde. De som på södra sidan af staden bodde, kunde i nägra dagar ej komma i kyrkan, emedan vatnet i bäcken sleg så högt, at det begynnte rida tränga sig in igenom vrästegårdens porten på södra sidan til des det ånceligen des 26 fölte sit utlopp på norra sidan om sör-

stio fluvii, ut dictum, ita obstructo eaqe urbis parte,
quæ torrentem spectat, glaciei fragmentis obstructa, a-
quæ in alium detorta sunt cursus, per rivulum Loppis
Iansalmi dictum, $\frac{1}{2}$ mill. parte ab urbe remotum, quæna
rapidissimus aquarum fluxus ita amplificabat, ut jam sex
orgiarum alveum habeat, cujus paulo ante angustia viæ
exiguam scapham & cymbam aditcebatur, atque hic por-
tus tutissimus juxta ac commodissimus existit.

*Et in secessu longo locus: insula portum
Efficit objectu laterum; quibus omnis ab aco
Frangitur, inque sinus scindit sese unda reauostos.
--- hic fessas non vincula naves
Villa tenent, uno non alligat anchora morsu (e).
Adeoque vel hoc nomine, certis Ostro-Botniæ urbibus
minime inferior est VLOA.*

S. IV.

Quod ad formam ædium Vloensium adtinet, ea, olim
simplex admodum fuit. Ab initio enim parvas pla-
ne habuere domos: horreæ, stabula, caplæqe ad pla-
teas promiscue prominabant, in aptam futuri incendii
materiem. Verum progressu temporis, & ante incendi-
um atque hostiles in patriam insultus MDCCXIV die
27 Novembr: ædes privatorum non sine ornatu, qualem
facultates eorum admittebant, ex ligno structæ erant,
quamplurimæ duas habebant contignationes. Hodie au-
tem

den genom Loppia jund, hvartigenom det hela winteren emot manlige
heter des utlopp hade.

Vicé den 30 Januarii 1725.

ZACHARIAS LITHOVIUS.

(e) Virg. L. I. Aeneid. v. 163. seqq.

88

tem urbis nostræ ædificia ex eadem materia fabricata priorum clarioriam æquare videntur, quippe talia sunt, ut peregrinantes & hospites honoratores (quibus nostri cibum & potum liberalissime suppeditant) decore satis excipi re possint. Plateæ quoque & viae publicæ satis sunt latæ; nec minimæ earunt tam arcta, ut currus in illa vel maximus, procul nequeat.

§ V.

Properamus jam ad ea, quæ disciplinam, virtutes moralesque incolarum concernunt, adumbranda. Vivunt autem concordes (malos non motor); student paci, obediunt magistratui & ab illo emissis omnem honorem tribuunt, & sacerdotes quovis honore ac reverentia prosequuntur. Nec dubitamus adserere nostros honestate vitæ animique candore nemini esse secundos. Nec indigenas solum, verum etiam advenas & peregrinos quosque, omni modestiæ ac officiorum genere, ut postulat humanitas, excipiunt: quapropter non sine causa dixit Wexionius: Boibnienses præ ceteris liberales, itemque ingeniosos esse (a); Hospitalitate insignes (b). Qui VLOAM aliquando accederunt, hoc mecum fatebuntur. adeoque laudatam in majoribus nostris hospitalitatem etiam hodie servant. Cetera, ut taceam, fortes atque strenuos se quoque præbuere, turbulentio illo belli tempore, quo hostibus vicinis haud ita pridem premebatur dulcissima patria nostra. A vetustioribus hoc commemoratum, quum templum Limingoense, circa annum MDLXXXI, secundum a Ruthenis incenderetur, acre adeo certamen inter rusticum Nykyri nominatum, & Moschovitas con-

(a) Dicit. doce. L. 18. l. 6. 66) daam. Brem.

flatum fuisse, ut crux Russorum ab hoc viro cum suis vicinis maculè effusus, totum ferè amnem frigore congelatum maculaverit; qva victoria impetrata, templum Muhos optimè servatum; domus vero in memoriam hujus viri Mykyrin-talo (Mykyriis-gård) etiamnum appellatur. Haud itaque male dixit Strabo (c): *Quo magis ad septentrionem & oceanum vergunt homines, eo sunt bellifores.*

§ VI.

SA liberrimum, purissimum ac saluti incolarum promovendæ maxime congruentem aëra naæta est VLO-A nostra; siquidem quanto ad Boream proprius accedit terra quædam, tanto ab impuris exhalationibus liberior est. Frigus præterea intensissimum & venti aquilonares acris spirantes, aërem sic purgant, ut pestiferi ac contagiosi morbi, acuta febris & alia id genus mala, rarius huc penetrare possint. Arguit quoque gratum aëris temperamentum, indigenarum firma valesudo, ut medicos nec habeant, nec se indigere existiment. Accedit etiam nostrorum robustior natura, unde illa incolarum longævitas; quippe honestes deprehendere licet, qui ad centum annos, immo ultra, ætatem producant. Aestate ob calorem tenperatus, admodum grata & amœna est terra nostra (a). Hieme e contrario, absen-

(c) Lib. IV. pag. 196

(a) Incredibile est dictu, quanta sit voluptas, astare scaphis ferri per fluvios nostros, qui prata floribus ridentia, luscios arborum densitate opacos, ac valles gramine frondibusque vestitas permeant. Quam denique animorum oblationem non asperunt ingentes catarractæ, qua magno impetu fluendi ad subiectas petras & syries aquas precipitant, ad quae pagi in-

absentiam solis, luna & stellæ, ex immensa DEI bonitate, compensant. Qvibus si addar us candidas nives, qvi bus campi, valles, agri, plateæque tunc obsitæ sunt, lucem adeò splendidam reddunt, ut non solum peregrinantibus die pariter ac nocte sufficiat, verum etiam ut media nocte in libris fernè legere possimus. Vehementiam vero frigoris ac tempestatum superant abundantia ligna, & ex ferarum multitudine pelles, unde vestimenta sibi incolæ conficiunt; qvare summam Divini Numinis clementiam toto pectore veneramur, qvæ suis in ultimo aquilone populis edeo benè consuluit.

S. VII.

SED anteqvam Dissertationis filum abrumpimus, brevia ter tristia urbis hujus fata recentebimus. Quemadmodum terrena qvævis continuò circumvolvuntur vicissitudinum orbe; sic nostra quoqve nunc prosperis, nunc iterum durioribus fatis est defuncta, qvæ & calamitates ætulerunt acerbissimas, & tristem saepe illi minata sunt ruinam. Primum observanda veniunt freqvntia ista incendia, qvæ subire coacta est. A:o MDCLII tempore autumnali, flamma longe atrocior, non contenta membris, partibusve, sed totum ferè corpus & intestina urbis corripuit haustqve;

C

poti-

veniuntur vnde pofut, oꝝ pſicium multisudinem ibi rapi solitam? Qui bac omnia & imprimis lucem noctium astivarum, nihil fere a diurna differentem debita lustraverit diligentia, ad campos Elysios vel insulas Fortunatas se translatum credere possit. Conf. Cl. Mag. Pet. Nic. Mathefi dissip. de Ostro-Botanico.

potiorum videlicet civium aedes & ferè quidquid decoris habuit; templum duntaxat, curiam, scholam (a) & paucas quasdam domos, singularis DEI clementia, medias inter flaminas, intactas reliquit. Inde A:o sequenti, a tributis per sex ferme annos liberavit urbem clementia regia. Nec ita multo post, A:o nimis MDCLIV, aliud incendium, ad dimidiam partem, urbem (b) nostram devoravit. Hæret etiamnum civium ferè omnium memoriae annus MDCCV urbi & civibus fatalis, dum horrenda duo inopinata incendia, omnem penè meridionalem urbis partem, mensibus Junio & Septembri, miserrime consumserunt; Cives non solum ædibus magnaqe bonorum parte spoliati, sed etiam promtuaria multorum in Hatchiperæ conflagrarunt. Mola urbis a-

qua-

(a) In hacce schola nostra disputationes synodales eriam habita sunt, videlicet: A:o 1670 d. 15 Febr. A:o 1680 d. 1 Ja-
nuarii, A:o 1691 d. 22 & 23, Januarii. A:o 1694 d. 12, 13, &
15. Januarii. A:o 1698 d. 14, 15 & 17 Januarii, A:o 1702 d. 4.
5. 6. Febr. A:o 1705. Post invasionem Ruthenicam, disputatio synodalis beic quoque ventilata est de Peccato originali, Prae-
fide Præp. & Past. Viborgensem Mag. Zacharia Lithovio.
Nam vero communis suffragio maxime venerandi Confessorii atque
Cleri constitutum est, ut Synodi habeantur Carlebyæ (intelli-
ge veterem); quoniam urbs hæc in medio Ostro-Botnia sita
est.

(b) Ab omnibus lateribus suis, est etiam urbs nostra, valido repagulo ligneo (staqwet), propter velligatis usum, circum-
septa. Officina armorum, vulgo factorie, prius in urbe no-
stra quoque comparebat, inde Söderhamniam, circa annum 1638
est translatæ.

qvatica communis (c) bis quoque in sumos & favillas
abiit, tertium autem circa irruptionem Ruthenicam, in-
undationem aquarum est passa. Proinde ne calamitas
sola esset, A:o MDCCXIV die S. Andreæ, Moschovita,
hanc nostram, nullis defendantibus,

- - - petit excidiis urbem miserisque Penates (d).

Cum autem patria nostra denum benignissimi Numinis fa-
vore pace donaretur alma, tam misera urbis nostræ facies
erat, ut fidem ferè superet. Incolis ac jumentis pecori-
busve adeo evacuata fuit urbs ac regio nostra, ut ab-
ductorum numerum ad 143 recensere liceat. Taceo cre-
bras illas honorum jacturas, quas itinera periculosa fuit
namque mare Botnicum, in primis a latere orientali,
quo Uloënses antea usi sunt inter navigandum, scopu-
lis naufragiisque infame) Stockholmiam navigantibus
sæpe accelerarunt ac etiamnum accelerant; qvibus et-
iam


(c) Ad borealem urbis plagam est flumen multa riparum a-
manitate inumbratum, & ob usum molierum non contempnendum,
plurimas agit molas aquatiles pariter ac serras aquaticas (as-
serum officinas), inque his præcipua est mola urbis aquarum com-
munis, quatuor rotas molares agitans, civium non exiguis sum-
tibus ante aliquot annos loco opportuno denuo exstructa; hæc
pariter subdita magistratui urbico, non incolis solum, tempore
quo venti quiescent, nullum ex alatis usum habentibus, ve-
rum etiam rurali tractui, magna utilitatib; non procul bine
distant alteræ minores, quas mercatores urbici possident. hodie
numerantur q; serræ aquatica vel asserum officinae, aquatica ve-
ro molendina cum molis alatis seu pneumaticis numeros & com-
pliciunt.

(d) Virg. L. II. Georg. p. m. 103.

iam profi dolor! vxores maritis, mariti uxoribus, parentes liberis, liberi parentibus per naufragia sape orabantur. Nec levior, in urbe nostra ac aliis regni partibus, jactura hominum peste graffante, facta fuit; constat enim A:o MDCCX ante invasionem Molchoviticam, multos vicos hoc malo fuisse exhaustos. A:o MDCCXXX magna incendia silvarum per totam ferè regionem graffata sunt, quo tempore apparatus ingens arborum, ex quibus pix coquenda erat, consumebatur. Annonæ caritati inundationibusve urbs nostra obnoxia quoque fuit. Atque hæc sunt ea, quæ oculis Tuis, Candide LECTOR, de patria mea dulcissima subiectio- da esse existimavi. Tuum itaque erit, lucubrations meas minus politas, nec ad omnium, quod ajunt, gustum, sapidas, in meliorem interpretari partem. In finu præterea mihi gratularer, si levissima hac operâ meâ aliis occasionem subministrare potuerim celebrandi patriam nostram, publicæque luci descriptiones ceterarum ejus urbium committendi. De cetero, ex intimo mentis recessu votemus, velit SUMMUM NUMEN, clypeo misericordiæ suæ VRBEM nostram nunc & in posterum protegere, & lartam teclam que servare,

Donec mansura est totius machina mundi!

SOLI DEO GLORIA!



Svin's Fågnad

Ytterd

la

Philosophiae CANDIDATEN

Höglurde

Herr JOHAN SNELLMANN,
Berömlig Collega Primarius vid Fribal Scholan
i VLEA/ Sin andra Lärda DISSERTATION
VLEA Stad/ pro GRADU MAGISTERII.

i luget framgaf.

D E G E A D E R skrifwa om, med liggifc färg utmåla,
Och dra uhr mörckret thet i tidsens glömska gatt:
Thet är af moetet wett ett prof, en lysand ståla,
Och har från Hedenhöfs sin vårda heder fått.

Vi se hur Maros vård med fågnad läsit blifwer,
Homeri skålde konst behåller än sin flang,
Så han så gislät, wäl, os Troja Græd beskrifwer,
Och i thes asta om thes prydnad härligt sang.

När sikt är sant och wist, hvem må ER lof förtiga,
Herr CANDIDAT, som os vårt VLA stildrat af,
Som giort, at minnet thes uhr glömskans dy får stiga,
Som frifat VLA pris från strandand' ömkligt qvaf.

Up! JIMUND glöm eft, them, som Dig til godo tala,
Som minnings-märcken Din i huset draga fram,
Mins the är' gansta få, the fläste mögan vara,
Ja, hålla lädant för ett helt onödigt fram.

Up!

Up! VLA, var betänkt Tig stådse tæksam wisa
Emot Ein Ahros Lodd, Tig skýnda var ett sen,
Förgjät ett hvad för sitt HAN offrat Tig at prisa,
Strif in HANS MÍNNE, NAMN, i Zeder, berg
och sten.

Up! Pallas, Tu som plår Ein wanner åntlig kröna,
Som snartig dela ut Ein dygde gäswa skön,
Up! red Tig til HANS swett och arbet wårdigt lön
Med wanlig Heders Crans af åchta Lager grön.

Ja, Himmel, hvilken dygd och årbarhet behagar,
Hvad felas, brister hår, Tu fyll med ymnigt mått,
I verlden gif Mår WÅN förndgda sålla dagar,
I twigheten, hvad all Helgon redan nådt!

Af Zhes uprichtige wdn
och tienare

GABRIEL Joh. HOLLST.
Öster-Botninge.

